



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

DLXXIII. Papst Julius II. bestätigt dem Annenkloster in Salzwedel die ihm
von Stephan Wolters hinterlassenen Vermächtnisse, am 20. Dezember
1509.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

DLXXII. Der Rath der Stadt Salzwedel beschließt, daß es mit erblosen Verlassenschaften in den Dörfern Perwer, Zietenitz und Böddenstedt nach Stadtrecht zu halten sei, am 19. Oktober 1509.

Anno domini XV^o. nono, Am frigidage altera die sancti luce ewangeliste, wart an den Raet gebracht van sunte Jurgens lude In den perwer, So Hanf berners fruwe, uppe dem sulue sunte Jurgens gude wanhaftich, dorch vorsternent ores Hulhernn sunder Eruen nagebleuen were, oft me vppe dat gud, Stad ofte lantrecht holden scholde. Dar up de Raet up bohach vnd na fragent der oldesten uth dem perwer hebben gekant, dat men der Stad recht boholden scole vnnnd dar na Stad recht mit erue tonemende richten. Im geliken schalme ok to Citenitze vnnnd boddenstede nu vnnnd to ewigen tiden Richten, bruken vnd holden.

Nach der Handschrift im Salzwedeler Archive VIII, 3.

DLXXIII. Papst Julius II. bestätigt dem Armenkloster in Salzwedel die ihm von Stephan Wolters hinterlassenen Vermächtnisse, am 20. Dezember 1509.

Jvlivs, Episcopus, Seruus Seruorum dei, Dilectis filijs Johanni Nyemeyer et Theodorico Chuden, Operarijs. Prouisoribus nuncupatis fabricarum Capelle sancti Nicolai Monasterij Monialium sancte Anne de antiqua Ciuitate Opidi Soltwedel, sancti Augustini seu alterius ordinis, Verdenfis diocesis, Salutem et apostolicam benedictionem. Quum a nobis petitur, quod iustum est et honestum, tam uigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur officium. Sane pro parte uestra nobis nuper exhibita petitio continebat, quod olim quondam Stephanus Wolter, dum in humanis ageret dicti Opidi consul, cupiens de bonis suis pro salute anime sue disponere et terrena pro celestibus ac transitoria pro eternis felici commercio commutare, de consensu Elizabeth, vxoris sue, de bonis suis huiusmodi condens in eius ultima uoluntate testamentum in eo prefato Monasterio, pro manutatione Mensae Conuentualis, nec non fabricae dicti Monasterij, nonnullas pecuniarum summas et alia immobilia mobiliisque bona legauit et nonnulla alia donationes et legata etiam ad pias causas et nos etiam dicti testamenti Executores fecit et ordinauit, que per loci Ordinarium sua ordinaria auctoritate approbata et confirmata fuerunt, prout in dicto testamento et instrumento ac patentibus litteris desuper confectis plenius dicitur contineri, que a nobis apostolico petijtis munimine roborari. Nos igitur uestris in hac parte supplicationibus inclinati, que circa premissa pie et prouide facta sunt, rata et grata habentes ea auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat etc. — Datum Rome apud Sanctum petrum, Anno Incarnationis dominice Millesimo quingentesimo nono, Tertiodecimo kalendas Januarij, Pontificatus nostri Anno Septimo.

Ge. de Prato.

Nach dem Originale im Archiv der Stadt Salzwedel, Fach 87, No. 14.